



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,  
Nvnqvam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. LXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

reuersus est, ut ait Astronomus Ludouici in chron. Vrgellam scilicet, qua, eodem teste, in Pyrenei montis iugo sita) & de spluncis venenatæ perfidiæ contritum non Herculea, sed Euan gelica clava caput releuare conatur, Verissime, inquam hæc Al cuinius: neq; enim aliorum hæc traho. Propterea tertio damnari debuit, quod factum 794. in Synodo Francofurdenſi præſente Carolo M. vii Annales Franc. & Astronomus Ludouici in chron. teſtantur. p. Vnam mersionem ) De tria mersione in Baptismo rei-enda vide ep. 8. fol. 27.

## IN EPISTOL. LXI.

**D**E Auarorum genere triumphatum) m. / vitoſe: de Varorum. Auares ſeu Auari cum ſubacti ſunt à Carolo Magno, iſte Alcuino in epiftola, quam citat VVillielm. Malmesbur. lib. I. c. 4. de regno Merciorum. Auares, quoſ nos Hunos dicimus, exarferunt in Italiā, & à ducibus præfati Regis Christia niſſimi, ſuperati domum cum opprobrio reuerſi ſunt. Similiter & ſuper Bauariā irruerunt, qui & iſi ab exercitu Chriſtiano ſuperati & diſpersi ſunt. Lege Rogerum de Houeden parte, Annal. anno 795.

Æticum) vide de hoc epif. 53.

fol. 117. v. 26.

## IN EPISTOL. LXII.

**L**udgarde) Vxore Caroli Magni, de qua etiam epif. 25. fol. 118. v. 19. & 47.

## IN PROSPERVM.

**V**Bires agitur coniecturis, ibi, meo iudicio, nemo tuto ſatis quic- fol. 132.  
quam afferit. In præfatione Proſperi Chronicis præfixa, fuit  
conjectura noſtra, Proſperum Eusebiuſ historiam tantum conti-  
nuaffe. Quod vero Gennadiuſ dicat, ſe Proſperi Chronicon legiſſe ab  
orbe condito v/q ad captam à VVandalis Romam, id tantum reſpicere  
illum computum, quo in fine colligit numerū ab Adamo. Et hoc exem-  
Pppp 2 plo .